

A. D. 1221. — Registres du cardinal Ugo d'Ostia.
Paris, Bibliothèque Nationale, Ms. lat. 5152a, fol. 1^r.

Page du registre, où le cardinal-légit Ugo d'Ostia (Ugolino, plus tard Grégoire IX.) a consigné les actes de sa légation. Dans le 1^{er} document le légat mande à l'archevêque de Pise et à l'abbé de Saint-Paul, d'absoudre, après pénitence accomplie, les habitants de Lucques frappés d'excommunication pour avoir chassé leur évêque et leur clergé. Le 2^e document contient une lettre de Guillaume de Montferrat à Honorius III., dans laquelle il demande que le Pape veuille bien donner au légat des instructions en sa faveur. Le 3^e document se compose d'un acte notarié par lequel la ville de Florence s'engage à fournir certains subsides pour la croisade. Enfin dans le 4^e document le légat fait part au Pape de cette décision de la ville de Florence et lui recommande chaudement les Florentins.

Après sa légation, le cardinal conserva ce registre, car on y trouve des documents des années suivantes ayant trait à son évêché d'Ostia et de Velletri. Le registre passa vraisemblablement aux archives pontificales lorsque le cardinal Ugolino fut promu au Saint-Siège. Dans un inventaire des archives de l'année 1339, il est mentionné comme *Regestrum de quibusdam processibus factis in Lombardia tempore domini Honorii pape per legatum qui tunc erat in Lombardia*. Plus tard il fut égaré; finalement il passa à la bibliothèque Colbert, puis à la Nationale. — Le registre a été imprimé dans Guido Levi, *Registri dei cardinali Ugolino d'Ostia e Ottaviano degli Ubaldini* (Rome 1890, *Istituto Storico Italiano. Fonti per la storia d'Italia*, p. 10—13, N° VII—X). Voir la description dans Levi, l. c., p. XXI, et dans Denifle, *Die päpstlichen Registerbände des 13. Jahrhunderts und das Inventar derselben vom Jahre 1339* (Berlin 1886), p. 20. Nous empruntons notre Fac-similé au P. Denifle, *Specimina palaeographica ex Vaticanis tabularii Romanorum pontificum registris selecta* (Rome 1888), tab. XV.

L'écriture tend à la cursive: elle est plus courante et plus simple que dans les manuscrits. Elle correspond à l'écriture des documents privés de cette époque en Italie. Le troisième et quatrième document sont d'une autre main que les deux précédents; leur écriture est moins élégante.

Lettrés isolées. — prend ordinairement la forme simple, celle où le trait de droite ne dépasse pas la boucle de gauche; lorsque a est employé comme lettre majuscule, le trait de droite dépasse de beaucoup en hauteur la boucle de gauche (1). a est rond (1). Non-seulement l'i double, mais aussi l'i isolé est parfois surmonté d'un trait (*redituros, iuraverint*, 3; *placuit*, 9; *intuitu*, 12; *dignemini*, 13). Voir k (7). m a parfois la forme issue de l'onciale (*uenerando*, 7; *militis*, 21); le dernier jambage de l'm et de l'n est allongé à la fin des mots et décrit une forte courbe vers la gauche (1). Souvent r est long et courbé vers la gauche (2, 3). A la fin des mots s est presque toujours rond (voir un s long dans *hinc*, 5); d'ordinaire cet s rond est un peu allongé, largement ouvert par en bas, et dépassant la ligne en-dessous (1, 2). Le copiste des documents 3 et 4 écrit au commencement des mots généralement v pour u, souvent aussi dans le corps des mots lorsque u a le son de la consonne (17, 18, 32, 39, 43); le copiste des documents 1 et 2 a toujours u (9).

Abréviations. Pour con et en on emploie les notes tironiennes (1, 5, 18). Voir la forme du signe pour ur chez le premier et le second copiste (*exequatur*, 6; *colligetur*, 36; *liberetur*, 43); un signe semblable s'emploie quelquefois pour r seul (*epistolae*, 39; *portus*, 41). L'a ouvert suscrit a ici une forme dont on ne reconnaît presque plus l'origine (*supra*, 12; *gravi*, 34); le même signe se retrouve aussi pour r, er et na (*stare*, 3; *noheritis*, 6; *intimare*, 9; *amor*, 12; *facere*, *quatinus*, 41). Voir d'autres abréviations par suscription dans *crucesignati* (25, 26); *dignetur* (43); *ingredi* (39); *nee* (40). Voir de plus les abréviations pour *huiusmodi* (43), *quia* (15, 16, 39), *sunt* (27). Nous rencontrons ici pour la première fois dans nos planches l'abréviation pour ut, composée d'un u avec un point suscrit (*apud*, 41; *ut*, 43). Quelquefois on trouve des points à côté des abréviations (1, 3, 4, 17).

Nombreuses sont les liaisons de boucles. Les lettres des mots sont étroitement reliées entre elles.

Comme signe de ponctuation on a un point seul ou un point avec un trait suscrit (1, 2, 3). A la fin des documents le second copiste met . (29, 31, 43). Ligne 25 il y a *iusta* pour *iusta*; ligne 36 *soldas* pour *solidos*.

- IV. Archiepiscopo Pisano et abbati sancti Pauli de Ripa Arni. Ad vestram credimus notitiam pervenisse, quod potestas et populus Lucanus venerabilem fratrem episcopum et clericos Lucanos eiecerunt, eorum bona et ecclesiarum per violentiam auferentes. Unde, quia credimus ipsos ad cor, dante Domino, redituros, presentium vobis auctoritate mandamus, quatenus¹⁾ si dicti potestas et populus primo ablata restituerint, et postmodum iuraverint stare mandatis domini pape et ecclesie Romane ac vestris, interdicti et²⁾ excommunicationis sententiam relaxantes, absolutionis eisdem beneficium impendatis, ad nos confectum ex eo instrumentum publicum remittentes. Quod si non ambo hiis exequendis poteritis vel nolueritis interesse, alter vestrum hec nichilominus exequatur.
- V. Sanctissimo patri et domino suo karissimo metuendo Honorio, sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Willelmus, marchio Montisferrati, iam debitum quam devotissimum famulatum. Litteras quidem paternitatis vestre leta facie et alacri vultu vidimus et recepimus diligenter, et de hoc quod michi placuit vestra Sanctitas intimare, vobis ut domino referimus innumeris grates. Significantes vobis quod pro posse meo in omnibus et per omnia vestris obediam mandatis, et nullatenus deviamo a precepto vestro. Cum autem totam meam spem et fiduciam habeam in vobis, paternitatem vestram, de qua non modicum confido, vobis humiliter et devote flexis genibus exoramus, quatenus intuitu Dei amoris supra negotiis nostris memor estote, et cum legato vestro antequam ad partes nostras veniat, taliter ordinare dignemini, ut negotia et facta nostra promovere debeat, et prout Deus dederit ei gratiam effectui mancipare intendat, ita ut per vos valeam³⁾ obtinere, quia vero speramus et credimus per vos ad bonam pacem cum inimicis nostris pervenire. Et si quid est quod vultis ut faciam, mihi vestro fidei intimare,⁴⁾ quia enim paratus et intentus sum vestris obedire mandatis.
- VII. § In Dei nomine. Amen. Millesimo ducentesimo vigesimo primo, pridie nonas Aprilis, indictione nona. § Ego Buonbarone, Perusinus civis, Dei gratia civitatis Florentie potestas, de plena ac libera voluntate et consensu totius consilii Florentini, ad sonum campanae coadunati, do et concedo tibi domino Hugoni, Ostiensi et Velletrensi episcopo, Apostolice Sedis legato, ob reverentiam Dei et remissionem peccatorum nostrorum, ad preces domini Honorii summi pontificis et domini Frederici imperatoris, pro communi Florentie viginti solidos denariorum Pisanorum per quodlibet foculare militis, et decem solidos per quodlibet foculare peditis, qui solvere poterit, sine fraude ab subsidium Terre Sancte, et promitto et obligo me nomine totius communitatis civitatis eiusdem, quod prefatam pecuniam fideliter colligam et colligi faciam hinc ad per totum mensem Junii proximi, eamque tibi domino legato vel nuntio tuo, qui tibi placuerit, infra eundem terminum faciam assignari, distribuendam et dandam militibus civitatis Florentie et eius districtus, si⁵⁾ tot fuerint crucesignati, quibus tota summa dicte pecunie iuxta vestre discretions arbitrium fuerit dispensanda, vel alius, si tot de civitate Florentie et eius districtu non fuerint crucesignati, sicut vestra paternitas duxerit disponendum. Acta sunt hec in civitate Florentie, in palatio domini episcopi Florentini, in presentia domini Iohannis divina providentia Florentini episcopi, Marabuttini de Campi, abbatis Radulfi, Berlingeri Iacoppi, Boncabii⁶⁾ Soldi, Berlingeri, Cipriani et Albertini et aliorum plurimum.
- 30 § Ego Iohannes Galiti, iudex Herici imperatoris idemque notarius hec omnia me presente acta scripsi⁷⁾ et in publicam formam redegi.
- VII. § Sanctissimo in Christo patri domino Honorio, divina providentia summo pontifici, Hugo, mis[er]atione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, salutem et iam debite quam devote reverentie famulatum. Noverit Sanctitas vestra, quod Florentini, licet eos in banno Metensis episcopus, domini imperatoris cancellarius, possidet, et Pisani, sicut asserunt, magnam pecuniam detineant eorumdem, et alias plurimum sint gravati, recipientes tamen devotissime pro reverentia Dei et Sedis Apostolice verbum Dei, dederunt et concesserunt michi per militem viginti solidos illius monete et decem solidos pro quodlibet foculare peditis ad subsidium Terre Sancte; que pecunia per totum mensem Junii colligetur michi vel nuntio meo, cui voluero, assignanda, et conferenda militibus Florentinis, quorum multi parati sunt recipere signum crucis, si tot fuerint et tales quibus conferri valeat pecunia supradicta, vel alius crucesignatis, sicut videro expedire, confecto ex his omnibus publico instrumento; unde, quia oportebat⁸⁾ me ingredi provinciam Lombardie⁹⁾ propter marchionem Montisferrati, qui volebat transire ad regnum Arelatense, quod ei commissi dominus imperator, sicut a plurimis dicebatur et ego per suas litteras intellexi, nec potui moram facere apud eos, Sanctitatem vestram precor attentius, quatinus Florentinos predictos, qui ad vos tamquam tutissimum portum salutis recurrunt, habeatis propensius commendatos, et, ne impediatur Terre Sancte succursus, ad quem magnifice preparantur, in eorum negotiis vestra dignetur dominatio providere, ut per studium apostolice pietatis ab huiusmodi gravaminibus liberentur.

¹⁾ Voir ligne 12. ²⁾ et a été suscrit après coup. ³⁾ A suppléer dignemini ou un mot semblable (voir Levi, l. c.). ⁴⁾ Pour Boncabii (Levi, l. c.). ⁵⁾ Corrigé. ⁶⁾ Corrigé. ⁷⁾ Suscrit après coup.